Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

sacerdotes et leuitas ad iohem. ut interrogarent eum.
Tu quis es. Et confessus est et non negauit; et confessus
est. quia non sum ego xpc. Et ret. Omel. b. gg. p. pe.

Ex huius nobis lectionis uerbis frs kmi. iohis hu
militas commendat. Qui cum tante uirtutis esset ut
xpc credi potuisset. elegit solide subsistere in
se. ne humana opinione raperet inaniter super se. Nam
confessus est et non negauit. confessus est. quia non sum ego
xpc. Sed quia dixit non sum. negauit plane quod non erat. sed
non negauit quod erat. ut ueritatem loquens eius membrum
fieret. cuius sibi nomen fallaciter non usurparet. Tu autem.

R. Intuemini quantus sit iste qui ingreditur ad saluandas
gentes. ipse est rex iustitie cuius generatio non habet finem.
V. Et dominabitur a mari usq; ad mare. Cuius.

Cum ergo non uult appetere nomen xpi. factus est
membrum xpi. quia dum infirmitatem suam studuit hu
militer agnoscere. illius celsitudinem meruit ueraciter
obtinere. Sed cum ex lectione alia redemptoris nri
sententia ad mentem reducitur. ex huius nobis lectio
nis uerbis questio ualde implexa generatur. Alio
quippe in loco inquisitus a discipulis dns de helie
aduentu respondit. helias iam uenit. et non cogno
uerunt eum. sed fecerunt in eo quecumq; voluerunt.
Et si uultis scire. iohs. ipse est helyas. Requisitus autem
iohs dicit. non sum helyas. R. Festina ne tardaueris
domine et libera populum tuum. V. Veni domine
et noli tardare relaxa facinora plebis tue. Et libera populum.

Quid est hoc frs kmi quia quod ueritas affirmat.
hoc ppha ueritatis negat. Valde namq; inter se diuisa
sunt ipse est. et non sum. Quomodo ergo ppha ueritatis concors
non est. Sed si subtiliter ueritas ipsa requiratur. hoc quod inter
se contrarium sonuit. quomodo contrarium non sit inuenitur.
Ad zachariam namq; de iohis promissione angelus dicit.